CONSPECTVS GRAMMATICVS CAP. II

'SERVUS' EST VOCĀBULUM MASCULĪNUM (cāsus nōminātīvus)

Quis est Mārcus?	Mārcus est puer Rōmānus. (v. 15, numerus singulāris)
Quī sunt fīliī Iūliī?	Fīliī Iūliī sunt Mārcus et Quīntus. (v. 20, numerus plūrālis)

ūnus (I) vir	Iūlius vir Rōmānus est. Mārcus puer Rōmānus est.
ūnus servus	Mēdus est servus Iūliī.
duo (II) virī	Mārcus et Quīntus nōn virī, sed puerī sunt.
duo (II) servī	Mēdus et Dāvus duo servī sunt.
trēs (III) servī	Mēdus et Dāvus nōn trēs, sed duo servī sunt.

'FĒMINA' EST VOCĀBULUM FĒMINĪNUM (cāsus nōminātīvus)

Quae est Aemilia?	Aemilia est fēmina Rōmāna.

ūna (I) fēmina	Aemilia fēmina Rōmāna est.
duae (II) fēminae	Dēlia et Syra sunt fēminae.
trēs (III) fēminae	Aemilia et Dēlia et Syra sunt fēminae.

'OPPIDUM' EST VOCĀBULUM NEUTRUM (cāsus nōminātīvus)
('neutrum' = nōn masculīnum, nōn fēminīnum)

~~Quid~~ Quae est Iūlia?	Iūlia puella Rōmāna est.
~~Quae~~ Quid est Crēta?	Crēta est īnsula Graeca.
Quid est Brundisium?	Brundisium est oppidum Rōmānum.

ūnum (I) oppidum	Brundisium oppidum Rōmānum est.
duo (II) oppida	Brundisium et Capua duo oppida Rōmāna sunt.
tria (III) oppida	Brundisium et Capua et Tūsculum tria oppida Rōmāna sunt.

IŪLIUS EST PATER MĀRCĪ ET QUĪNTĪ ET IŪLIAE (cāsus genetīvus)

numerus singulāris

Quis est Iūlius?	Iūlius vir Rōmānus est.
Estne pater Iūlius?	Ita, Iūlius pater est.
Cuius pater est Iūlius?	Iūlius est pater Mārcī et Quīntī (< Mārcus, Quīntus, v. 10). Iūlius pater Iūliae quoque est (< Iūlia, v. 11).
Familia Rōmāna est liber Latīnus.	'Familia Rōmāna' est titulus librī Latīnī (< liber, v. 83).
Magnum est imperium Rōmānum.	Iūlius nōn est dominus imperiī Rōmānī (< imperium).

numerus plūrālis

	Mārcus, Quīntus, Iūlia sunt trēs līberī Iūliī et Aemiliae.
Cuius pater est Iūlius?	Iūlius est pater līberōrum (< līberī, v. 29).
Cuius est domina Aemilia?	Aemilia est domina ancillārum (< ancillae, v. 34).
	In Graeciā est magnus numerus oppidōrum (< oppida).

QUOT LĪBERĪ SUNT IN FAMILIĀ? IN FAMILĀ TRĒS LĪBERĪ SUNT?
(numerālia < numerī)

Quot sunt fīliae Iūliī et Aemiliae?	Ūna est fīlia Iūliī et Aemiliae.
Quot sunt īnsulae in Graeciā?	In Graeciā multae īnsulae sunt.
	= In Graeciā magnus numerus īnsulārum est.
Quot sunt īnsulae in Germāniā?	In Germāniā paucae īnsulae sunt.
	= In Germāniā parvus numerus īnsulārum est.
Quot sunt magnī fluviī in Āfricā?	In Āfricā ūnus magnus fluvius est. (v. 58)
Quot sunt fīliī Iūliī et Aemiliae?	Fīliī Iūliī et Aemiliae sunt trēs.
Quot sunt fluvī in Germāniā?	In Germāniā multī fluviī sunt.
	= In Germāniā magnus numerus fluviōrum est. (v. 56–57)
Quot sunt fluviī in Āfricā?	In Āfricā paucī fluviī sunt.
	= In Āfricā parvus numerus fluviōrum est.
Quot sunt oppida in Italiā?	In Italiā multa oppida sunt.
	= In Italiā magnus numerus oppidōrum est. (v. 55–56)

!!!

- CĒTERĪ: *In Āfricā ūnus fluvius magnus est: Nīlus; cēterī fluviī Āfricae parvī sunt* (v. 57–58);
- A et B et C; A et B C-que; A, B, C: *Mārcus et Quīntus et Iūlia = Mārcus, Quīntus Iūlia-que = Mārcus, Quīntus, Iūlia* (nōn ~~*Mārcus, Quīntus et Iūlia*~~)(v. 4, 8, 21);
- QUOQUE: *Iūlius pater Mārcī et Quīntī est. Iūlius pater **Iūliae** quoque est* (v. 10–11);
- ECCE!